



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Catechesis Pverilis

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1543

VD16 M 2628

Quae uirtutes pertinent ad hoc praeceptum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-33561

id est, **D**eī est uindicta, quam magistratus legitime exercet. **M**ultae autem partes sunt uindictae legitimae, iudicia, bella, defensio legitima aduersus latrones, poena legitima latronum & tyrannorum. **H**aec concessa sunt etiam **C**hristianis, quia magistratus est res bona, & ordinatio diuina, qua licet uti **C**hristianis, **Rom. 13.** Sic fuerunt in imperijs **I**oseph, **D**auid, **C**enturio & multi sancti principes & reges. **S**ed priuata uindicta prohibita est, sicut **P**aulus inquit, **N**on ulciscentes uosmetipsos. **E**st autem priuata uindicta, quae fit sine autoritate magistratus. **I**taque etiam magistratus priuatam uindictam exercet, cum sine legitum autoritate, priuata cupiditate innocentes laedit.

Quae uirtutes pertinent ad hoc praecipuum?

Dilectio proximi, iustitia in non laedendo, beneficentia in defendendo. **M**ansuetudo imperans irae, placabilitas, clementia & ὑπεικεα in mitiganda acerbitate imperiorum, misericordia & εὐδοσogγία quae est affici alienis bonis & malis. **V**icia opposita sunt, odium, maliculentia, iniustitia, cupiditas nocendi, cupiditas uindictae, desertio eorum quos defendi oportuit, **C**rudelitas,
quae

que pugnat cū ἐπιχειρία, implacabilitas, ἀσολγία. Non esse misericordem. Gaudere in alienis malis. Non affici alienis bonis aut malis.

Peccat ne **D**avid, cum ait, **P**erfecto odio oderam eos?

Non peccat. Nam irasci propter gloriam **D**eī, & amorem iustitię, est uirtus, & quidem peculiaris & excellens motus est in sanctis uiris, inflammatis studio defendendę glorię **D**eī, aut defendendę iustitię, aut ira aduersus impietatem & turpitudinem. **H**ic impetus placet **D**eō, sicut **D**hinees propter zelum promittitur sacerdotium. **E**t 4. **R**egum laudatur **I**ehu, qui inquit, **V**ide zelum meum pro **D**omino. **E**t alibi dicitur, **Z**elus domus tuę comedit me, id est, exarsi magno impetu defendendę domus **D**eī. **H**oc affectu **H**elias, **H**eliseus occiderunt impios, & propheta maledicunt impijs, ut in psalmis apparet. **I**n heroicis uiris est similis quidam impetus defendendę iustitię, puniendę turpitudinis, tuendę reipub. etc. **H**unc affectum philosophi uocarunt **N**emefin. **E**t quanquam talis ira est heroica, nec simulari potest, sed est peculiare donum **D**eī, tamen **M**agistratus quantum fieri potest, talem zelum, & talem iram imitari debet. **S**ed tunc peccatum

F 5 tum